Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Vt ne igitur speculemur magis quemadmodu huiusmodi mutuitate futuri sint · aut quo eos quispiam ad lucem sit ducturos · vt ex inferno nonnulli ad deos dicuntur ostendisse Gla Cur noli inquit So Hoc igitur profecto magis non teste cui iusdam erit reuolutio vt apparet sed animae potius circumductio ex nocturno quodam die ad verum illius entis reditum quem phylosophiam solemus vocitare Glau Prorsus So Nunquid ergo considerare opus est quenam disciplinarum simplex potentiam in se habeat Gla Cur non So Quenam igitur o Glaucon disciplina fuerit quae animam ad ens illud hac oratione dicens contemplor simul nonne belli certatores hos esse diuinos dum iuuenes existerent Gla Diuinos quippe So Oportet igitur pter hoc id habere quae quaerimus disciplinam Gla Quod id inquis So Nu mutile esse viris bellicosis Gla Oportet si modo possibile est aut So Gimnasticam vero aut musicam in prioribus a nobis omnio docebantur Gla Hic est inquit So Atqui gimnastica etiam quod generat et ~~quod~~ cor rumpitur ordinata est corporis nempe augumentum detrimentumque considerat Gla Hic videtur So Num hoc erit itaque quam quaerimus disciplina Gla Minime So Sed an musica ea fuerit de qua sup diffinuimus Gla Ut ea inquit gimnastice si recolis conformis est armonia quadam bonaque moderatione p consuetudinem erudiens ciuis deos non autem disciplinam illi tradens in richino quoque continitatem habens ac sermonibus siue qui ex hys veri siue fabulosi sint · et quedam hys similia in se continens no aute doctrinam ad id quod quaeris bonum esse ferens So Diligentissime memisti inquit nil quippe huiusmodi revera in se habet Sed o beate

etiam